



ALTITVDINES OMNIUM CON-
 CLAVIORVM. Pro conclauium dictum est,
 variat. flexione. SIN AVTEM EXHE-
 DRÆ. Exhedra enim & cellam significat ad colloquē-
 dum, aut meridiandum, idest meridiē dormiendum. Cic.
 3. de Orat. de Cotta loquens. Cum dedita opera quie-
 scentibus aliis, in eam Exhedram venisset, in qua Cras-
 sus lectulo posito recubuiisset. AVT OECI Q VA-
 DRATI FVERINT. In Oecis fiebant conui-
 uia virilia vt infra cap. 10. ait, vnde Asaroton œcon
 vocat Plinius lib. 36. cap. 25. quasi dicas non scopis
 mundatum, non versum, quod quæ solent conuerri, e testa-
 lis tinctis in pavimento erant elaborata, & veluti purga-
 menta cœnæ in eo relicta, repræsentataq;. Statius Papi-
 nius Sylvarum lib. 1. Subeuntq; nouis asarota figuris.
 Sed & matres familiarum cum lanificis in œcis habere
 sessiones illo eodem capite decimo scripserat, vt eorum

omnino